

[s. 336](#) [Ex apographo in codice Vindobonensi lat. 9737f]

AMPLISSIMO NOBILISSIMOQUE VIRO,
 VIRTUTE ET ERUDITIONE PRÆSTANTISSIMO
 DOMINO TYCHONI BRAHE DOMINO DE
 KNUDSTRUP ET VRANIENBURG,
 AMICO SUO CHARISSIMO.
 GENEROSE VIR.

QUAS ad me 13. Novembris dedi ti literas. quod humanitatem et eruditionem nulla ui parte non pirarent, præcipue vero quod tui nominis in criptionem præ e ferrent, mihi certe, ut decuit, acceptiſ imæ fuerunt. Cum enim in Danica mea peregratione nihil tam admirabile excellentis ingenij tui raris dotibus, nihil tam gratum quam anciendæ tecum amicitia occa io contigerit, nec minorem in con ervanda con tantiam, quam in contrahenda amicitia benignitatem tuam ex amiciſ imis literis per piciam, ni et tuam merito humanitatem amplectetar etmeam in cribendo negligentiam, tum crebrioribus literis tum alijs quibu cunque, quæ mearum virium unt officijs, arciam, ingratus pror us et tanti viri amicitia indignus merito cen ear. Literis etiam tuis adiunetam effigiem, oris tui dignitatem et temperatam benignitate gravitatem, laudabili culptoris indu tria, ad vivum refggerentem, quod ea oculos imagine pa cat, cuius aſ idua recordatione animus iucundiſ ime a icitur, pretio iBimis quibu que muneribus, quæ tibi fortuna affatim appetit, præ tantiolem certe exi timavi. Et quos ad illius (ut ais) ornatum ver us a me po cis, hos quidem addidi, non quod, quæ tui nominis fama abunde commendetur, alio quovis ornamento mea ententia indigeat, ed ut quæ virtutum et dodlrinæ tuæ per univer um orbem diffu a gloria effigiem tuam in omnibus literatorum omnium bibliothecis ublimem con tituet, meo etiam nomini locum aliquem tuo merito ibidem inveniat. Ijs itaque utere, non quidem ut digni unt, ed ut no tra amicitia et tuo iudicio dignum videbitur. Ego pariter, quæ a te Domino PETROIUNIO mandata unt, ni i haetenus ab eo effecta unt, quamprimum illius conveniendi occaio e e obtulerit, ea qua decet ide et diligentia præ tabo: quodque de hortulano et aucupe ad me cribis, effectim brevi curabo. Porro IOANNEM CRAIGIUM medium Edinburgen em, quem mihi tam diligenter ac tudio e commendas, ob probitatem et eruditionem antea quidem mihi emper charum, nunc tua cau a multo chariorem cen eo ac dum vivam cen ebo: qui cum veritatis eruendæ tudio ac fortaſ is ut te ip o interprete criptorum tuorum ubtilitatem ibi non prius intelleetam facilius aſ equeretur, ilentibus imo vero cum admiratione tua inventa appro- [s. 337](#) bantibus alijs omnibus Europæ doetſ imis mathematicis, Axiomata quædam tua impugnare au us it, quamvis nonnullis odium potius quam benevolentiam audacia meruiſ e videri poſ it, quæ tamen eximia nulli que perturbationibus obnoxia tua virtus e t, ola viſ oria contentus et deviſ i ho tis magnitudine tuam gloriam illu trari reſ e iudicans CRAIGIUM ollicite adeo atque accurate commendas, et commodis atque honoribus auetum cupis, ut egregiam de te bene merendi occa ionem in eo viro iuvando mihi oblatam per piciam. Itaque ubi mea vel opera vel ope rem uam vel || dignitatem promoveri poſ e exi timaverit, eam certe diligentiam atque alacritatem adhibebo, ut tuam commendationem meritum pondus apud me con ecutam et res ip a et illius literæ ad te abunde te tentur. Et i alia qualibet in re tibi ij ve, quos tuorum in numero

habes, con ilio auxilio gratia vel audoritate hîc u ui eß e poß um, ita quæ o vel negotia vel homines mihi commendes, ut beneficium tum demum contuliß e te credas, cum meam operam expetieris. Interim ne te cœle tibus et divino tuo ingenio dignis curis di tentum fru tra morer, hoc olum a te petam, ut amicitiam no tram (quod humanitas et con tantia tua atis pondent) inviolatam a temporis et longe diß itorum locorum iniuria tueri ac paria a me perpetuo expeetare velis. Vale. Datæ Lethnitioniæ die XVI Maij Anno 1592.

Mag. Tuæ
 addietß imus
 [IOHANNES METELLANUS.]